# IOANNIS AB IMOLA

## IN SECVNDVM DECRETALIVM Commentaria,

QVAMPLVRIVM IVRISCONSVLTORVM, QVI probè aliquid his præclariſſimis ac penè diuinis commentarijs hactenus addidiſſe apparuerunt, adnotationibus illuſtrata.

HAC NOVISSIMA VERO OMNIVM EDITIONE AB ERRORIBVS *innumerabilibus, quibus ubiq; deprauata, & paſsim mutila ſummi viri deprehendiſſe conquerebantur, habita ad vetuſtiſsimos Ioannis de Anania codices fide, ſuo candori vindicata, atque integritati reſtituta.*

ACCESSERVNT ETIAM HVIC NOSTRÆ EDITIONI commentaria eiuſdem Auctoris in xiiij. cap. ſub tit. de Renunciatione, nempe à cap. in præſentia. vſque ad finem, quæ in alijs deſiderantur codicibus habita ex bibliotheca eiuſdem Ioannis de Anania.

REPERTORIVM DEMVM EA DILIGENTIA INSTAVRATVM *reperies, vt numerorum ratione fideliſsime ſubducta, atque omni etiam prorſus labe ſublata, nuſquam aut falli, aut decipi poſsis.*

VENETIIS, M D LXXV.

Apud Dominicum Nicolinum.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

# IOAN. AB IMOLA

## IVRIS PONTIFICII, CAESAREIQVE Doct. Excellentiſsimi.

*Commentaria prima in Secundum Decretalium Librum.*

Cum ſummarijs ante ſingula capita nouiter collocatis, Additionibuſq; alijs hactenus opponi ſolitis: fœliciter exordiuntur.

## ¶De iudicijs. Rubrica.

1 *Iudicium quomodo diffiniatur.*

1. ¶Circa rubricam, ad de quòd diffinitio Azo. & Gof. in quantum dicunt, quòd iudicium eſt actus legitimus trium perſonarum in iudicio contendentium, ſcilicet iudicis, actoris, & rei. non videtur bona. quia nõ videtur conuertibilis cum ſuo diffinito. contra l. j. ff. de dolo. & xxvij. q. j. in prin. nam quandoque iudicium eſt ſine actore. vt quãdo procedītur per inquiſitionem ex officio. infra de accuſ. qualiter. el ij. quandoque ſine reo, vt quãdo generaliter inquiritur de maleficio notorio, nec ſcitur quis comiſerit. de quo per Inn. ſupra de elec. bonę el. j. & C. de acc. in l. ea quidem. ideo dicit d. Flo. quòd poteſt aliter diffiniri: quia eſt inueſtigatio, quam ſecundũ iuris ordinẽ facit iudex per varios modos ad eliciendam veritatem, & elicitam cuſtodiendam. facit. xxx. q. v. iudicantem.

*SVMMARIVM.*

1 *Nomina propria imponuntur ad placitum pro habenda cognitione rei.*
2 *Argumentum ab alluſione ſiue etymologia proprij nominis an procedat.*
3 *Aduerſarius litis poteſt recuſari in uno ſuo in partis, cui aduerſatur in alia inſtantia, etiam ſi cauſa non ſit ſua, ſed collegę.*
4 *Citatio fieri debet cum licentia iudicis, & non propria autoritate.*
5 *Citare non debet iudex abſq; petitione partis.*
6 *Citatio an poſſit committi parti, & ſi concedatur ei, an aduerſarius teneatur ei credere.*
7 *Reſpondere non tenetur quis in iudicio, niſi prius citetur, & ſic caſualiter inuentus non reſpondebit inuitus.*
8 *Declinatoriam opponere non poteſt contra iudicem is, qui ante omnia interrogatus ſi velit coram eo litigare reſpondit, quod ſic.*
9 *Interrogare poteſt iudex in qualibet parte iudicij.*
10 *Citatus recedens ſine licentia dicitur contumax.*
11 *Sententia excommunicationis proferri videtur per iſta verba, nullus communicet tali.*
12 *Excommunicatus pro manifeſta offenſa, vel contumacia non debet abſolui, niſi prius ſatisfaciat.*
13 *Excommunicatus donec ſatisfaciat non liberatur ſola ſatisfactione niſi intercedat actualis abſolutio iudi.*
14 *Contumax mulctari poteſt ſine noua citatione.*
15 *Excommunicatus non priuatur titulo ſui beneficij, priuatur tamen interim redditibus.*
16 *Citatio an poſſit committi notario, & ipſe idem ſcribere relationem.*
17 *Reſpondere in iudicio an cogatur caſualiter illic repertus.*
18 *Illicentiatus recedere an poſſit quis a iudicio.*
19 *Citatus certo termino ſi non comparet, & actus expeditur alia hora quã fuerit citatus, non valet actus.*
20 *Contumax condemnari non poteſt in expenſis ſine alia citatione.*
21 *Concilium prouinciale in cauſa criminali epiſcopi non poteſt pronunciare eum deponendum.*
22 *Verba iſta, nullus communicet tali, an indicant excommunicationẽ. nu. 14.*
23 *Notorius fornicator ſi diuina celebret, an ſit irregularis.*
25 *Latinitas falſa non vitiat reſcriptum, quando poteſt per figuras ſaluari.*
26 *Synodus ſiue concilium recuſari poteſt, quando metropolitanus eſt ſuſpectus, vel maiores de concilio.*
27 *Conſentire in iudicem, an videatur, qui dicit ſe velle reſpondere.*
28 *Dilatoriæ an tolli poſſint per actum citeriorem ante litis conteſt. ſi detur conſenſus expreſſus.*
29 *Recuſari an poſſit iudex ordinarius, ſi eius aſſeſſor eſt ſuſpectus.*
30 *Approbans iudicem an lite pendente poterit ex noua ſuſpicione ſuperueniente eum recuſare.*
31 *Penitere, an, & quando poſſit, qui in iudicem ſemel conſenſit.*
32 *Soluere promittens vbicunque fuerit petitum vel vbicunque fuerit conuentus, an poterit vbique conueniri.*
33 *Soluere ſi promiſerit quis Bononiæ, & Ferariæ, diuiditur obligatio.*
34 *Pactum ſi fiat reſpondendi coram iudice non ſuo, vel de prorogando eius iuriſdictionẽ & ſit firmatum iuramento, an habebit locum pœnitentia.*
35 *Excommunicatus pro contumacia manifeſta, vel manifeſta offenſa non abſoluetur, niſi prius ſatisfaciat.*
6 *Rubricæ debent continuari ad proximas, non ad remotas.*

a DEquouult deo.[a] Pactũ de non declinando iudicẽ aliàs ſoriũ, qui exceptione repelli poteſt, eſt irreuocabile. h. d. ſecundũ intellectũ gl. vel ſic. Qui promiſit non declinare iudicẽ, penitere non põt. h. d. ſecundũ Io. An. vel ſic, ſecundum alium intellectum quẽ ponit hic do. Ant. Pactum de reſpondendo corã iudice non ſuo, in præſentia iudicis acceptantis initum actualiter paciſcentẽ iuriſdõni ipſius iudicis ſubmittit. iõ poſtea nõ admittitur pœnitẽtia. h. d. In prima factũ, & cõtumacis punitio. In ſcd'a accuſatoris iniuſta petitio, & eius repulſio. ſcd'a ibi: ad mi. Petrus tñ diuidebat in tres. nã ſcd'm eũ in prima facti narratio, in ſcd'a iuris poſitio, in tertia incidẽtis q̃õnis deciſio. ſcd'a ibi, placuit, tertia ibi: nã ad mi. ſed p̃cedẽs diuiſio magis placet p notata p Butr. in prima cõſtitutione. C. nã totus eſt vnus conſtructus vſq; ad ver. nã ad mi. & iõ cẽſeri dẽt vna pars. Et p̃mitte p euidẽtia, quòd

a Pactũ idẽ ſũmat hic d. Ab. d. and. Sic Zen. Fel. in cõpiſc. Ab. dec. Sic. ponat alia ſũmariã ẽm opiniones aliorũ do ctorum.

ctio fiat poſt diſpenſationem, aliàs non poſſet diſpenſari,
niſi per Papam quo ad dignitatem epiſcopatus. vt no. in
c. innotuit. de elec. nam videtur, ꝙ nullo modo extenda-
tur ad dignitatem epiſcopalem, ex quo ſemel, quis eſt fa-
ctus inhabilis ad illam. vt voluit hic Abbas per dictum.
c. innotuit. & ſic non videtur eſſe de mente Papæ, permit
tendo diſpenſari quo ad dignitatem epiſcopalem, in qua
maior idoneitas requiritur, quàm in alijs. de elec. cum in
12 cunctis. ¶ † Vltimo adde inquantum vult, quod ſi con-
cedatur alicui per Papam poteſtas diſpenſandi, vel legi-
timandi inceſtuoſum. Item etiam adulterium, ſeu natum
ex adulterio, ꝙ non per hoc poterit diſpenſare, cum illo,
qui patitur vtrunq; defectum. Vt quia natus, ſit ex adul-
terio inceſtuoſo. puta ex conſanguinea, vel alteri nupta.
per l. vim paſſam. §. præſcriptione. ff. de adul. & voluit Io.
An. in gl. mino. à Bar. in l. ij. in prin. de verb. obli. ff. tenuit
contra, quia talis poteſtas, eſt quoddam beneficium con
ceſſum, & ſic late debet intelligi. l. fi. ff. de conſti. princ. &
ſ. de dona. cum dilectus. nam licèt idem do. Ant. non te-
neat opi. Bar. tamen pro illa facit, quia, licèt diſpenſatio,
prout reſpicit perſonam diſpenſatam videatur ſtricti iu-
ris. vt no. in c. j. & ij. de filijs presby. in vj. tñ ſecus videtur,
qñ reſpicit perſonam cui conceditur beneficium diſpen-
ſandi. per no. in ſimi. in tex. & gl. in c. dudum. de præben.
in vj. cum ibi notatis per lapum, vbi licèt literæ ad benefi
cia, prout reſpiciunt illum cui confertur beneficium ſtri
ctè intelligant. de præ ben. quis. in vj. tamen ſecus, qñ cõ
ceditur poteſtas alteri beneficium conferendi. vt patet in
d. c. dudũ. iuncto dicto Lau. & ſic opin. Bart. non videtur
reprobanda ex illa ratione, quia diſpenſatio ſtrictè eſt in-
telligenda. Si tamen velles tenere contra Bar. prout ſen-
tit Io. An. & voluit do. Ant. poſſes dicere, ꝙ alia rõne põt
reprobari, videlicet, quia cui cõceditur, quod eſt minus,
nõ vř cõceſſum id, quod eſt plus. ff. de ſeruis expor. in l.
cui pactum. & facit, quod no. in regula cui licèt. de regu.
iuris in vj. & ideo cũ minus ſit diſpenſare contra vnum vin
culum tantum, quàm contra duo, cum illa, ſint fortiora,
quã unũ, vt no. in c. j. de treu. & pa. ideo ex quo conceſſa
eſt ſolum ptãs diſpenſandi contra vnum uitium, non põt
diſpenſare cõtra duplex uitiũ in eodem ſubiecto, & pro
iſta parte bene facit. c. quod dilectio. de conſan. & affini.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vaſallus ſuper feudo coram alio, quàm domino reſpondere non debet, ſi co ram eo, ſit paratus reſpondere.*
2 *Infeudare poteſt prælatus res eccleſiæ.*
3 *Quæſtio de feudo inter duos vaſallos debet coram domino feudi terminari.*
4 *Propter negligentiam iudicis, iuriſditio deuoluitur ad ſuperiorem.*
5 *Quæſtio ſuper poſſeſſorio rei feudalis, an ſit feudalis,*
6 *Et qui ſint iudices tam in cauſa principali, quàm appellationis, quando de feu do, eſt quæſtio.*
7 *Pares curiæ, qui dicantur.*
8 *Si de iuriſditione iudicis, ſit dubium iudex cognoſcit, an ſua ſit iuriſditio, & quid in poteſtate ciuitatis, qui negatur eſſe poteſtas, an poterit cognoſcere.*

1 CAeterum. † Vaſallus [a] paratus coram
a domino reſpondere coram
alio ſuper feudo, conueniri non debet. h. d. Pri
mo ponit factum. Secundo ipſius prohibitio-
nem. Tertio prohibitionis moderationẽ. ſecunda ibi nos.
tertia ibi, quandiu. ¶ In uerbo promulgatur forte per or-
2 dinarium loci. ¶ † No. ꝙ prælatus poteſt infeudare res ec
3 cleſiæ, de quo in c. j. & ij. ſ. de feu. ¶ † No. quod vbi q̃ſtio
eſt inter duos uaſallos, debet tractari coram domino feu-
di, de quo in gl. An autem ſententia excõmunicationis la
ta contra prohibitionem huius decre. ualeat. vř, quod nõ,
per c. ſu p literis. ẽ. de reſcr. & ſ. de præb. c. fi. de quo in c.
licèt. ſ. ti. j. nam uidetur, quod ualeat. licèt, ſit iniuſta per
id, quod no. in c. j. ad fi. de offi. ordi. in vj. per gl. & uide in
c. j. §. pen. de prohi. feu. ali. per fede. per gl. ¶ Item no. ca-
ſum, in quo iuriſditio unius ordinarij excludit iuriſditio-
nem alterius ordinarij ſuper eodem, ut non habeat locũ
præuentio, ut hic patet. hoc ideo ſecundum do. Ant. quia
hic datur iuriſditio reſpectu certę cauſæ, & non reſpectu
territorij. aliàs locus eſſet præuentioni. per id quod habe
tur in c. paſtoralis. & c. cum ab eccleſiarum prælatis. de
4 offi. ord. ¶ † No. ꝙ propter negligentiam iudicis, deuolui
tur iuriſditio ad alium ſuperiorem. facit c. licèt. infra, ti. j.
5 ¶ In gl. j. ibi ex parte. b. ¶ † No. bene, ꝗa ſentit gl. ꝙ q̃ſtio
ſuper poſſeſſorio rei feudalis, non ſit cenſenda q̃ſtio feu
dalis. facit, qđ no. in ſimili in c. literas. de iuramẽto calũ.
de q̃one ſuper poſſeſſorio rei ſpiritualis. ſed Inno. hic ui-
detur, uelle contrarium. qui uult, ꝙ qualitercunq; agatur
de re feudali dummodo conſtet rem eſſe feudalem, ꝙ q̃-
ſtio, ſit feudalis. & ad c. ex parte reſpondet, ꝙ ibi non de-
ducebatur ius feudi, ſed ius dotalitij. Tu potes dicere me
lius, ut hic tangit dominus Floria. quod ibi, eſt ſpeciale,
quando miſerabilis perſona, uel eccleſia opprimitur, ut
tunc poſſit adiri iudex eccleſiaſticus, ſi placeat oppreſſo
6 arg. xxiiij. q. iij. ſi quis de potentibus. ¶ † In ca. [b] gl. in fi.
b adde, quia Inno. hic ſatis intricatè proſequitur tres caſus
principales tactos in glo. & qui ſint iudices tam in cauſa
principali, quàm appellationis in dictis caſibus. & ſimili-
ter Io. An. poſt eum. & do. Anto. etiam hic multũ inſiſtit.
ſed aliqualiter confusè. & nullus iſtorum alle. tex. in ma
teria feudorum, qui decidunt caſus iſtos, unde tu potes
ſequi Ia. de Bel. qui pluries legit librum feudorum, tanq̃
in illo magis peritũ, q̃ Inn. & alios doc. ar. ex his, quæ no.
gloſ. q. di. ut ueterum. unde potes dicere, ut ipſe tangit in
ti. de inueſt. in maritum facta. in §. illud tamen. quia aut,
eſt quæſtio inter duos, qui ſunt proprie capitanei. vt du-
ces, comites, marchiones, & ſimiles. & tũc coram impera
tore debebit tractari. vt in ti. apud quem, vel quos cauſa
feudi determinet. c. j. in vſibus feu. & de lege cõra. c. j. idẽ
vř dicẽdũ in alijs, q immediate haberẽt feudum ab impe
ratore eadẽ ratione. per no. in iuribus præalle. nam tunc
imperator eſt immediate proximus dñs feudi. Et eodem
mõ videretur, ꝙ inter illos, qui immediate haberẽt feudũ
à rege, rex eſſet iudex. Aut eſt, quæſtio inter alios. & tunc,
aut eſt q̃o inter duos vaſallos. Aut eſt, q̃o inter vaſallũ, &
aliũ quẽ conſtat nõ eſſe vaſallũ. Aut eſt q̃o inter dñm, &
vaſallum. Primo caſu, qñ inter duos vaſallos. Aut conſtat
vtrunq; eſſe vaſallum eiuſdem dñi. quia ipſi, & dñs hoc
confitentur. & eſt, q̃o de parte feudi, vel de finibus, vel
alia re feudali, ſine qua ẽt conſtat illos eſſe vaſallos ipſius
dñi pro alijs rebus. & tunc dñs eſt iudex. l. imperialem. §.
pterea. de prohi. ali. feu. per fede. Aut conſtat vnum tantũ
ex illis eſſe vaſallum de feudo vno, de quo non eſt q̃ſtio,
& quæſtio eſt de alio feudo, ꝙ alius uaſallus prætendit ad
ſe ſpectare, ſed nihil aliud prætendit in feudum habere à
dño. tunc pares curiæ erant iudices. ut in c. j. apud quẽ,
uel quos cã feudi debet tractari. ij. rñ. & de. l. cõra. c. j. ij.
rñ. Aut neuter ipſorũ prætendit habere feudum niſi rem
de qua quærit. & tunc, aut ambo prætendunt eũdẽ dñm,
& ſic inueſtituram ab eodem, aut à diuerſis. ſi ab eodẽ. &
tunc, aut vterq; dicit feudũ eſſe ſuũ propriũ, & ſibi cõceſ-
ſum. & tunc iudex ordinarius, uel arbiter cognoſcet in ti.
de l. cõra. c. ij. Aut vterq; dicit feudum eſſe antiquũ ſuo-
rũ progenitorũ. & tunc cognoſcet dñs cum curia. ut d. §. il
lud. Aut alter dicit antiquũ eſſe feudũ. alter nouũ, & pro-
priũ, & tunc de iure antiquo cognoſcebat iudex ordina-
rius, uel arbiter, ut in tit. de inueſti. in maritum facta. in
prin. hodie cognoſcent pares curiæ. ut in ti. an apud iudi
cẽ uel curiã. §. j. Aut prætendunt diuerſos inueſtitores. &
ſic diuerſos dños, & tunc cognoſcet iudex ordinarius, uel
arbiter. in ti. de l. contra. c. ij. in prin. Secũdo caſu principa
li, qñ eſt q̃o inter uaſallũ, & eum, qui dicit ſe nõ eſſe ua-
ſallũ, ſed de iure proprio ad ſe ſpectare, & tũc iudex ordi
narius rei cognoſcet. ut in tit. de controuer. inter uaſal. &
alium

a ¶ Vaſallus. Ad intellectum huius c. vide Pau. de Ca. conſ. 161. & vide do. Ale. de Imo. in conſ. 30. in 2 parte. & conſ. 136. in 1. parte, vbi prætacta materiam colliges.

b ¶ In eadem gloſ. Si quæras corã, quo iudice vaſallus debet conueniri, uidendi. per henbri. boych. infra, de feu. c. 2. & hoc per d. Feli.

# REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z  Aa Bb Cc Dd Ee Ff
Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ.

Omnes ſunt Quaterniones.

VENETIIS,
Apud Dominicum Nicolinum.
M D LXXIIII.